Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lectionarium missae - Cod. Schwarzach 1

[s.l.], [10./11. Jahrh.]

In natale virginis

urn:nbn:de:bsz:31-183777

Visual Library

aduersus regnum · & terremotus magni erunt per loca
& pestilentiae & fames · Terroresq; de caelo & signa
magna erunt · Sed ante hęc omnia · mittent uobis
manus suas & persequentur · Tradentes in synagogas
& custodias · trahentes ad reges & presides propter
nomen meū · Continget autē uobis in testimoniū ·
P onite ergo in cordibus uris · non premeditari quem
admodum respondeatis · Ego enī dabo uobis os & sa
pientiā · cui non poterunt resistere & contradicere
omnes aduersarii uri · Trademini aūt a parentib;
& fratribus & cognatis & amicis · & morte afficient
ex uobis · Et eritis odio omnibus ppt nomē meū ·
E t capillus de capite uro non peribit · In paciencia
uestra · possidebitis animas uestras · FINIT

IN NAT UIRGIÑ · LEC LIB SAPIENT

I N omnibus requiem quęsiui · & in hereditate dnī
morabor · Tunc precepit & dixit mihi creator
omnium · & qui creauit me requieuit in taberna
culo meo · & dixit mihi · In iacob inhabita · & in
israhel hereditare · & in electis meis mitte radices ·
E t sic in sion firmata sum · & in ciuitate scificata si
militer requieui · & in hierusalem potestas mea ·
Et radicaui in populo honorificato · & in partes
dī mei hereditas illius · & in plenitudine scōr: in
detentio mea · Quasi cedrus exaltata sum in li

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

bano. & quasi cypressus in monte sion. Et quasi palma
exaltata sum in cades. & quasi plantatio rosę in hieri
cho. Quasi oliua speciosa in campis. & quasi plata
nus exaltata sum iuxta aquã in plateis. Sicut
cynnamomũ & balsamũ aromatizans. odorem
dedi. Quasi mirra electa dedi suauitatẽ odoris.

ITEM. LEC̄ LIB̄ SAPIENT̄

Dn̄e d̄s meus exaltasti sup terram habitationem
meam. & pro morte defluenti depcata sum.
Inuocaui dn̄m patrem dn̄i mei. ut non
derelinquat me in die tribulationis mee. & in tẽ
pore superborũ sine adiutorio. Laudabo nomen
tuũ assidue. & conlaudabo illũ in confessione.
& exaudita est oratio mea. Liberasti me de pditi
one. & eripuisti me de tempore iniquo. Propte
rea confitebor & laude dicam nomini tuo. dn̄e
d̄s noster. SECUND̄ MATHEU.

IN ILLO TEMP̄R. Dixit ih̄c discipulis suis.
Simile est regnũ celorũ. thesauro abscondito in
agro. Quem qui inuenit homo abscondit. & pre
gaudio illius uadit & uendit uniuersa que habet.
& emit agrũ illũ. Iterum simile est regnũ celo
rum homini negotiatori. querenti bonas mar
garitas. Inuenta autẽ una pretiosa margarita
abiit & uendidit omnia que habuit. & emit eã

I terũ ſimile eſt regnum caelorũ ſagenę miſ
ſę in mare. & ex omni genere piſcium congre
ganti. Quã cum impleta eſſet educentes
& ſecus litus ſedentes. elegerunt bonos in
uaſa. malos autẽ foras miſerunt. Sic erit
in conſummatione ſaeculi. Exibunt an
geli. & ſeparabunt malos de medio iuſtorũ.
& mittent eos in caminũ ignis. Ibi erit fle
tus & ſtridor dentiũ. Intellexiſtis hec
omnia. Dicunt ei. Etiam. Ait illis. Ideo
omnis ſcriba doctus in regno caelorũ. ſimilis
eſt homini patrifamilias. qui profert de
theſauro ſuo noua & uetera. SEC MATH.
IN ILLO TEMPORE. Dixit ihs diſcipulis ſuis.
Simile eſt regnũ caelorũ decem uirginibus.
quę accipientes lampades ſuas exierunt obuiã
ſponſo & ſponſę. Quinque autem ex eis erant
fatuę. & quinque prudentes. Sed quinque
fatuę acceptis lampadibus. non ſumpſerunt
oleũ ſecum. Prudentes uero. acceperunt oleũ
in uaſis ſuis cũ lampadibus. Mora autẽ facien
te ſponſo. dormitauerunt omſ & dormierunt.
M edia autẽ nocte clamor factus ẽ. ecce ſponſus ue
nit exite obuiã ei. Tunc ſurrexerunt omnes uir
gines illę. & ornauerunt lampades ſuas. Fatuę

autē sapientibus dixerunt. Date nobis de oleo uestro.
quia lampades nr̄ę extinguntur. Responder̄
prudentes dicentes. Ne forte non sufficiat nob
& uobis. ite potius ad uendentes & emite uobis.
Dum autē irent emere uenit sponsus. & quę pa
ratę erant intrauerunt cum eo ad nuptias. &
clausa est ianua. Nouissime ueniunt & re
liquę uirgines. dicentes. Dn̄e dn̄e. aperi no
bis. At ille respondens ait. Amen dico uobis.
nescio uos. Uigilate itaque. quia nescitis diē
neque horam. IN ORDINATIONE
DIACONORU. LEC EPL AD TIMOT.
KME. Diaconos constitue pudicos. non bilinques.
non multū uino deditos; non turpe lucrum
sectantes. Habentes misteriū fidei. in consci
entia pura. Et hi autē probentur primum.
& sic ministrent. nullū crimen habentes. Mu
lieres similiter pudicas. non detrahentes. sobri
as. fideles in omnibus. Diacones sint unius uxo
ris uiri. qui filiis suis bene p̄sint & suis domibus.
Qui enim bene ministrauerit. gradū bonū sibi ad
quirit. & multā fiduciā. quę est in xp̄o ihū dn̄o
nr̄o. EUANGEL. Dixit ihs discipulis suis. Am
amen dico uobis. Nisi granū frumenti cadens
in terra. Require retro. In nat sci Laurent.